



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 17. Papæ decreta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

Antissiodorum, cuius Antistes Petrus ^{sæcul. XIV.}
 Crosius paulo ante designatus erat Car- ^{A.C. 1353.}
 dinalis, ac Petrus * Sylvius Tornacensis, ^{* de la Forêt}
 Præsul Parisios translati sunt. Tunc
 moris erat, ut Cardinales ab Ecclesia,
 quam rexerant, nomen traherent: qua-
 propter ipse Innocentius VI, antequam
 Papa fieret, appellabatur Cardinalis Cla-
 romontanus. Sic etiam oportuisset Al-
 duinum Audebertum vocari Cardinalem
 Antissiodorensem: sed jam erant Cardi-
 nales duo, qui hanc sedem tenuerant,
 scilicet Talerandus Petrocoricensis, ac
 Petrus Crosius. Igitur Papa nepotem
 suum Magalonam transtulit, ut inde co-
 gnomen ferret. Sed hæc translatio fo- *Gall. Christ.*
 lum fuisse formula videtur: nec apparet, *to. 3. p. 606.*
 Alduinum reipsa gubernasse Magalonensem
 Ecclesiam. Papa suus patruus ei
 tribuit eundem, quem ipse habuerat, ti-
 tulum, nempe de S. Joanne ac Paulo.

§. XVII.

Papæ decreta.

Postquam coronatus fuerat Papa Inno- ^{Vitæ p. 357.}
 centius, mox suspendit multas reser- ^{Rayn. 1353.}
 vationes dignitatum in templis cathe- ^{n. 31.}
 dralibus, aliorumque beneficiorum a Cle-
 mente VI in gratiam Cardinalium factas:
 & in sua conspectos curia Præsules, cæ-
 terosque beneficiarios in sui quemque
 bene-

Sæcul. XIV. beneficii loco residere jussit. Suorum
A.C. 1353. numerum domesticorum, sumptusque
 suos & omnium Cardinalium diminuit. De beneficiis ecclesiasticis, donec con-
 ferrentur, administratis condidit san-
 ctionem, in qua dicit: Experientia do-
 cuit per administrationes plerumque
 servitium divinum, & curam animarum
 decrescere, hospitalitatem parum obser-
 vari, ædificia corruere, ac beneficiorum
 jura tam sacris quam profanis in rebus
 dilabi. Igitur exemplo quorundam ex
 nostris antecessoribus, ac deliberatione
 cum fratribus nostris Cardinalibus habi-
 ta omnium præfecturarum, dignatum,
 ac beneficiorum secularium regularium
 que administrationes cunctas, concessio-
 nesque similes omnino reteximus. Da-
 bat 18 Maii anno 1353. Sustulit etiam
 alias res indignas; impunitatem percus-
 soribus, dummodo cum cæsi cognatis
 transigerent, a Prætoribus suis modica
 pro pecunia datam; tributum meretrici-
 bus per eosdem impositum; ac tesserar-
 rum ludum multa in Superos maledi-
 ca centem.

Id. n. 32.

Agendi modum a Cardinalibus fu-
 tu-ro Papæ præscriptum infirmavit tan-
 quam iniquum. Cum cæteris quidem
 in eum juraverat; sed restricte, si esset
 Juri congruens. His in litteris Papa in-
 quirit: Gregorius X, & Clemens V ante-
 cessores

Sup.

cessores nostri fecerunt sanctiones, quæ **Sæcul. XIV.**
 prohibent, ne Cardinales vacante summa **A.C. 1353.**
 sede præter electionem Papæ ullum
 tractarent negotium. Præterea plenitu-
 dini potestatis, quam Deus ipse ac ore
 suo Papæ soli contulit, id, de quo ser-
 mo est, scriptum officit: quia certis eam
 constringit regulis. Hæc enim potestas
 non foret plena, si Papa penderet ex con-
 sensu, arbitrio, & concursu quorundam
 aliorum: & hæc juramenta temeraria
 nocerent reliquis Ecclesiis. Quocirca
 post maturam consultationem, ut omnis
 tollatur scrupulus, cum aliquot Cardina-
 libus, multisque Doctoribus & Juris-
 consultis initam declaramus, Cardina-
 les nullam sic scribendi potestatem ha-
 buisse; id scriptum esse nullum, nec pos-
 se quidquam efficere; nosque ac succes-
 sores nostros Pontifices Maximos mini-
 me adstringi ad observationem ejus, aut
 connexorum cum eo juramentorum. Da-
 bat 30 Junii anno 1353. Sed an non
 Papa & Cardinales ea, quæ hic enun-
 ciantur, omnia jam tum sciebant, cum
 suum decretum facerent?

§. XVIII.

*Ægidius Albornius Papæ in Italia
 Legatus.*

Cunctas propemodum Italiæ urbes ac
 loca Ecclesiæ Romanæ propria tunc
 posside-